



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

235. Heirathscontract der Französischen Prinzessin Renata und des
Kurprinzen Joachim, vom 7. April 1519.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

schaftt bestes wissen fromen werben vnnnd schaden warnen vnnnd alles das thun, das einen getrewen Man vnd diener zuthun geburt vnd hiruber sich sunft in alweg nymans zu dinst gebrauchen lassen oder dinst gewertig sein sol, weder mit pflichten noch dinsten, dan vns vnnnd vnsern erben oder es geschee dan mit vnserm oder Irem willen, wissen vnd nachgeben. Weiter ist beredt vnd haben vns auch des fur vns vnd vnser erben vorbehalten, so wir oder vnser erben Ine mit den lehen vnd gut, so vns von den dequeden zum berge angekommen vnd gefallen oder mit einem andern gut In derselben wirdrung, als dasselb gut ist, begaben vnnnd versorgen, also das er desselben oder eins andern guts, so hoch, als ob laut, In gewehr vnd besitzung ist, so sollen vns oder vnsern erben von den hundert gulden foldes Jerlich L gulden zu vnd Im abgeen, vnd wir oder vnser erben Im ferner Jerlich die Zeit seins lebens nicht mer dan L gulden an Muntz aufs vnser camer zu geben verpflicht sein, der er vns vnd vnser erben fur sich vnd sein erben zu ydem mal auch der IC. gulden, dieweil wir Im die geben, zu yder quattertemper quitiren sol, wie er vns desss alles seinen reuers gegeben vnd hir zu eidt vnd pflicht gethan hat, getrewlich vnd vngeferlich. Zu vrkunt etc. Actum am sonnabent nach Oculj, Anno etc. XIX.

Aus dem Churmairischen Lehnscopialbuche XXXII, 124. 125.

235. Heirathscontract der Französischen Prinzessin Renata und des Kurprinzen Joachim,
vom 7. April 1519.

Franciscus, dei gratia francorum rex — Pro nobis — et tutorio nomine Illustrissime Renate francie, quondam defunctorum bone memorie Ludouici Christianissimi francorum Regis et Illustrissime anne, ducisse britannie, dum jn humanis agerent confortum filie, Et nos Joachimus, eadem gracia Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archicamerarius, princeps elector etc. — Pro nobis et dilectissimo primogenito nostro Joachimo, Marchione brandeburgensi, Pro nobis ambobus Et prefatis sorore Renata francie ac filio primogenito nostris dilectissimis — Recognoscimus — quod nos franciscus Rex — prefatam — Renatam — charissimo nostro consanguineo Joachimo, marchioni brandenburgensi, primogenito — electoris, — conthoralem nexu sancti federis coniugalis matrimonialiter coniungendam addiximus, promissimus et dedimus — Saluo contractu, conuentionibus et conclusis matrimonii juter nos ex vna et Regem catholicum ex alia celebrato, in quo jam dicta domina Renata Regi catholico jn sponfam futuram deficientibus filiabus nostris est promissa Et eo deficiente Illustrissimo fratri suo ferdinando idcirco promissiones et

conuentiones matrimoniales jnter dominam Renatam et primogenitum Illustrissimum Joachimi, Marchionis brandenburgensis, — non vendicabunt sibi locum, si promissioni et sponfioni facte jam cum Rege catholico fuerit locus dicta sorore nostra Renata perueniende ad nubile annos. Et eo casu quando sepedicta Illustrissima Renata francie duodecimum etatis sue annum adimpleuerit, Quod quidem anno a natiuitate cristi millesimo quingentesimo vicefimo secundo ad festum diui bartholomei apostoli erit, Ducetur honorifice ad ciuitatem maguntinam ad Rhenum fluuium — expensis nostris Et eodem die bartholomei jbidem maguntie charissimo consanguineo nostre Joachimo primogenito — per verba de presenti desponsari ac juxta ritum ac morem sancte Romane ecclesie matrimonialiter collocari et ad accubitum tradi debet. In fauorem cuius matrimonii et pro omni parte et portione, quam dicta domina Renata habet et habere potest In successiombus quondam Illustrissimorum patris et matris ex causa de presenti vti de futuro dabimus predictis Renate jn dotem et nomine dotis Centum et quinquaginta milia scutorum aurei solis boni et iusti ponderis nunc cursum in Regno francie habentium — Item numerari et solui faciemus prenominato charissimo consanguineo nostro Joachimo marchioni — primogenito — centena et septuaginta quinque millia scutorum aurei solis die decima mensis May Anno millesimo quingentesimo decimo nono Maguntie — suis ad hoc deputatis nunciis Et litteras quittancias habentibus et presentantibus quinquaginta millia scutorum auri solis — deinde prima die mensis Jullii — in ciuitate Maguntina — iterum numerari ac solui faciemus prenominato — Joachimo marchioni, principi electori quinquaginta millia scutorum auri solis — Mediate qua summa Centum septuaginta quinque millium scutorum solis Illustrissima domina Renata et jdem suus futurus sponfus renunciabunt — omni future successioni collateralis et omnibus et quibuscunq; honis per patrem et matrem dicte domine Renate derelictis — ad commodum dicti Regis Christianissimi et suorum successorum, eo quod donat et soluit predictam summam centum septuaginta quinque millium scutorum, Que quidem summa — etiam si matrimonium supradictum per mortem vel alium eventum remanebit apud dominum charissimum consanguineum nostrum marchionem principem electorem. Restantem vero summam ratione resignacionis suprafcripte fiende videlicet septuaginta quinque millium scutorum auri solis boni ponderis maguncie ad festum paschatis anno etc. M^o. XX^o. primo Sepefato electori principi aut suis nunciis quitanciam suam habentibus — indilate numerari et persolui faciemus. Cum autem domina Renata annos nubile nondum affecuta est vt futuris dissensionibus prouideatur volumus et debemus efficere, vt quam primum domina Renata duodecimum etatis annum adimpleuerit, quod tunc sine omni contradictione contractum hunc matrimoniale sufficenter et debite et legitime firmet, Roboret et Ratum habeat — Ex aduerso nos Joachimus, marchio brandenburgensis — Prefatum primogenitum — predictae domine Renata francie jbidem presentialiter, saluo tamen contractu de quo supra jnter serenissimos cristianissimum et catholicum Reges — celebrato jn maritum et conthoralem matrimonialiter adiun-

ximus, promissimus et dedimus — itaque — filius noster — ad festum s. bartholomei apostoli anno MCCCCXXII°. in ciuitate maguntina ad Rhenum fluuium sita comparere et sponsalia cum illa domina Renata facere per verba de presenti — cum eadem acubitum facere atque eandem suam conthoralem secum et nobiscum nostris expensis ad archiprincipalum, dominia castra et Residentias nostras — traducere debet — in quo die solemnisationis dicti matrimonii filius noster dabit sponse sue Renate francie jocalia et ornamenta muliebria secundum statum et qualitatem sue persone, prout marchiones brandenburgenses facere solent suis sponfis, Et post consummacionem matrimonii dabimus nos vel primogenitus noster domine Renate donacionem post nuptias id quod principes electores brandenburgenses iuxta Ritum et morem archiprincipatus nostri sponfis nostris dare et donare soliti sumus. Insuper nos Joachimus — profitemur — quod predictae domine Renate francie in locum et recompensam honorum eius dotalem aportatorum et soluendorum in termino et loco supra expressis dabimus et constituemus in dotalicium seu donacionem propter nuptias duo castra munita extensilibus et mobilibus — vna cum decem et septem millibus aureorum Renensium in fructibus, prouentibus, emolumentis et redditibus annuis — quibus — Renata — soluto matrimonio vtetur et gaudebit, si primogenitum supervixerit et tamdiu quamdiu aget in humanis — et quod soluto matrimonio due partes dotis videlicet de centum quinquaginta millibus scutorum predictorum ad dominam Renatam si supervixerit marito suo filio nostro et Illa predecendente sine liberis illisque non existentibus ad cristianissimum dominum regem francie — Reuertentur. Et pariter supra scripta restantia septuaginta quinque millia scutorum auri solis que dabuntur pro Renunciacione — fienda etiam Restituemus. — In quorum — testimonium — conformes sunt confectae littere nostrarum francisci, francorum Regis, et Joachim, marchionis, principis electoris, manuum subscriptione ac ex certa scientia et voluntate sigillorum nostrorum appensione roborate — videlicet per nos Regem — in castro sancti germani die vicesima sexta mensis marcii anno a natiuitate cristi millesimo quingentesimo decimo nono Et regni nostri anno quinto et per nos Marchionem — in castro nostro Colonie ad sprevam, die septima mensis aprilis a natiuitate cristi anno predicto.

gez. Francoys.

Nach dem Original des Königl. Geh. Kabinet-Archives E. NB. Ueber dies Heirathproject befinden sich auch wichtige Literalien in diesem Archive. Joachim gab dem Könige Franz dafür seine Stimme zur Königswahl.